



Nr. 14

45

DISSERTATIONUM ANTIPOIRETIANARUM
DODECADIS POSTERIORIS

SEPTIMA,

DE

FIDE JUSTI-
FICANTE,
QVATENUS JUSTIFI-
CAT,

UBERIORIS AEDIFICATIONIS
GRATIA AD MAJOREM DISSERTATIONIS
SEXTAE ILLUSTRATIONEM CONSCRITA:

QVAM

IN REGIA FRIDERICIANA

die *Julii hujus M DCC XXI anni,*

PRAESIDE

D. JOACHIMO LANGIO,

S. S. THEOL. PROFESS. ORDINAR.

h. t. ACADEM. PRO-RECTORE,

Publicæ disquisitioni subjicit

RESPONDENS

JOANNES GEORGIUS *Nörber/*
DYRATZENS. MESO-MARCHIC. S.S. THEOL. CULTOR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis JOAN. FRIDERICI KROTTENDORFFII, Acad. Typ.

DODGEND. HISTORIAS
SCHPTINIA.
LITERATURAS
HISTORIAS
OAVAS. LITERAS.
CAT
GERIORIS. ALEXANDRIANIS
CAT
CAT
CAT
CAT
CAT
D. IOACHIN. AGIO
CAT
CAT
CAT
CAT
CAT

LECTORI ΘΕΟΦΙΛΩ

Sal. plurimam!



Oेरина de fidei justificantis natura ac indole antecedenti Dissertatione ita, quod spero, fuit tractata, ut inde omnino contare possit, non solum *quoniam* fides sit justificans, *vera* scilicet & *viva*, sed etiam *quomodo* illa in justificationis actu te habeat, seu, uti loqui solemus, *quatenus* justificet. Quia vere hoc ipsum fidei negotium *ληπτικὸν* & *οργανικὸν* a Cl. Poireto partim negatur, partim non recte intelligitur, & ideo corrupte explicatur; operae duco esse pretium, ut peculiari Dissertatione demonstrem, *quomodo* illa ipsa, quæ antea de fidei, quæ justificat, natura

A 2

tra-

tradidi, maxima ex parte ad organi-
cum hoc ejus officium, quod in ipso
justificationis actu exferit, applican-
da sint. Et hac ratione simul inser-
viam illis e lectoribus meis, qui erro-
neas, aut superficiarias, ideas de actu
justificationis & de fidei negotio
ληπτικῷ fovent, ad sterilem theoriam
referentes omnia. Rectius vero sen-
tientes habebunt hic, quo confir-
mentur: &, si minus sint exercitati
aut confirmati, quo adversus non-
nullorum, etiam inter nostrates The-
ologos proh dolor, ἐπειδιδασκαλίτων
strophas & corruptelas se præmuni-
re possint, hic collata utraque Disser-
tatione invenient. Ipsa tractandi ra-
tio est bipartita. Sectione priore universam
materiam, secundum decem proposi-
tionum ordinem digestam, ita tracto,
prout

PRAEFATIO.

prout meus cognitionis modulus
fert. *Sectione posteriori* exhibetur aurea
illa, & a Theologis nostratisbus pas-
sim cum insigni elogio allegata, Dis-
sertatio B. D. HENRICI HOEPF-
NERI, Theologi Lipsiensis celeber-
rimi, quam is loco orationis, in so-
lenni doctorum academico more
creandorum panegyri, anno 1640. die
30. Septembris habendæ, concinna-
verat, ejus vero discipulus ac succe-
sor, B. D. JO. BEN. CARPZOVIUS
senior, inter beati auctoris manuscri-
pta repertam, ex ejus autographo e-
jusdem Commentationibus in psal-
mum nonagesimum primum feor-
sum editis subjunxerat. Eandem, cum
rarissima esset, Theologus Gryphis-
waldensis, D. JO. FRIDERICUS
MAYERUS, anno 1704. loco publi-

A 3

cæ

PRAEFATIO.

cæ disputationis die 13. Sept. habitæ,
denuo e tenebris in lucem protraxit,
in præfatione ei præmissâ hanc Dis-
sertationem vocans eam, *qua omne pre-*
mium transcedat, & cuius editione Carpzo-
vius universam puriorem ecclesiam sibi obstrin-
xerit. Præstantiam ejus cum agnosce-
rem, oblata occasione commodissi-
ma, qua fidei justificantis genuinam
indolem adversus quorundam nova-
torum *αντιλογίας* defendendam mihi
sumseram, magnam ejus partem in
Antibarbarum meum P. II, Sect. I. p.
464. seqq. & eam ipsam Germanice ver-
sum in Libri, Mittelstraße/ Part. III. p.
167. seqq. transtuli. Nunc autem, ut
integra coignoreat, consultum esse
duco, in primis cum exemplaria Gry-
phiswaldensis editionis jam dudum
distracta sint. Vale in Domino!

SECTIO

SECTIO PRIOR

Hanc doctrinam decem Propositionibus exhibens.

PROPOSITIO I.

Particula QVATENUS in fermone de fide justificante indicat MODUM illum, quo in actu justificationis fides versatur: atque ita TÒ QVATENUS hic recte declaratur per QVOMODO.

OBSERVATIO.

Theseos hujus veritas tam est evidens, ut nulla egat vel demonstratione, vel illustratione. In gratiam vero imperitorum illa visa est primitenda esse, ut in locutionibus: fides que justificat, & quatenus justificat, differentia eo ipsis sit evidentior. Et hanc ipsam differentiam evidentiam declarant voces *qualis* & *qualiter*. Cum enim in antecedenti dissertatione consideratum sit, *qualis* sit illa fides, qua justificat; nunc consideratur, *qualiter*, sive *quomodo* justificet, seu in justificationis actu versetur.

PROPOSITIO II.

Fides, generatim loquendo, eatenacum justificat, quatenus partes suas essentiales, ad justificationem necessarias, in ipso justificationis actu extiterit.

OBSER-

OBSERVATIO.

Etiam hæc thesis ejusdem est evidentiæ. Præmitte-
do tamen fuit sequentibus, quia ordine naturæ istis via
sternit, earum seriem & necessitatem ostendens.

PROPOSITIO III.

Fides eatenus justificat, quatenus,
pro indole sua lucida, in vera contri-
tione Christum, tanquam redemto-
rem & salvatorem, & quidem in spe-
cie suum quoque, parta & imputabi-
li justitia abundantem, *divino cum as-
sensu cognoscit & agnoscit.*

OBSERVATIO.

Cum etiam hæc propositio summæ sit evidentiæ, hic
loco demonstrationis hoc tantum moneo, mirum hic vi-
deri debere nemini, quod solius tantum *assentientis agnitio-*
nis hic faciam mentionem, & sic de reliquis fidei partibus
in hac propositionum serie pergam. Id enim nunc ago,
ut diversos istos & complicatos ac speciales actus, quibus
justificationis actus generatim consideratus, ex parte fidei,
seu hominis creditis, constat, & qui in actu seu negotio
hoc conjunctim se exserunt, docendi caussa ordine singula-
tim exponam.

PROPOSITIO IV.

Fides eatenus justificat, quatenus
objecrum suum, sacrificium & meri-
tum Christi, divino ac speciali assen-
su

DISSERTATIO SEPTIMA.

9

su agnatum desiderio ac prece suppli-
ci, fameque ac siti spirituali, judicio
Dei demisit *supplicans expetit & appetit.*

OBSERVATIO.

Quia etiam hæc thesis sua radiat luce, loco demon-
strationis, qua non eget, ad uberiorem ejus illustrationem
huc referri velim, quæ Dissertationis antecedentis Proposit.
V. de *indole fidei justificantis supplicante dicta*, & partim
dictis, partim etiam exemplis, biblicis abunde comprobata
& deducta sunt.

PROPOSITIO V.

Fides eatenus justificat, quatenus
Dei judicio pro imputando Christi
merito ita supplicat, ut hoc simul
apprehendat, & hac apprehensione ad-
missum sibi ad *justitiam & salutem*
applicet.

OBSERVATIO.

In hoc fidei justificantis actu speciali fiducia, ex assen-
tiente agnitione progerminans, & in supplicatione, præfer-
tim in ejus initio, aliquanto debilius exserta, magis inva-
lescit, ad suum *acquiescentię*, in qua maturitatem obtinet
suam, scopum tendens.

PROPOSITIO VI.

Fides eatenus justificat, quatenus
B in

in objecto suo, merito Christi, supplici prece ad justitiam & salutem apprehenſio, recumbit & acquiescit, hac ratione fiduciæ nomen uberiori modo explens.

OBSERVATIONES.

1. Quod si quatuor hæc propositiones de totidem fidei partibus in unam redigere velis, hanc non incommode his conceperis verbis: *Fides eatenus justificat, quatenus iudicio Dei pro merito Christi imputabili, divino & speciali cum assensu agnito, ita supplicat, ut illud ad justitiam & salutem vere apprehendat, & in apprehenso, tanquam summo suo bono, acquiescat.*

2. Hæc fidei justificantis forma in scriptura sacra ita exprimitur, ut e quatuor ejus actibus subordinatis & complicatis modo hic, modo iste, modo aliis, secundum notionem verborum grammaticam respiciatur, reliquis semper suppositis & inclusis. Sic denominatio fidei sit Jef. LIII, II. &c. ab actu *assentientis agnitionis*: Luc. XVIII, 13. ab actu *supplicationis*, Jo. I, 12. ab actu *apprehensionis*, seu *receptionis apprehendentis*, conf. de continuanda apprehensione I. Tim. VI, 12. denique Gen. XV, 6. ab actu *acquiescentis filiæ*, phraſi ista pro emphasi sua, quæ *Dissertat. antecedenti Proposit. VII. exposita est*, recte intellecta.

3. Istorum quatuor actuum modo hic, modo iste est debilior, ita vero ut nullus istorum salva fidei essentia, & salvo justificationis negotio plane absit, aut abesse poscit.

4. Debilitas illa se plerumque exercere solet partim in

in assentiente agnitione, partim in acquiescente fiducia. Et quamvis hæc apud tentatos plane abesse videatur, revera tamen adest, eos ad supplicationem ac apprehensionem arcano instinctu impellens, & latentiori gratiæ principio a-lens.

5. Hæc haec tenus de indeole fidei justificantis, quatenus justificat. Nunc, quænam propositiones alia ex his ipsis propositionibus, tanquam conclusiones e principiis, seu premissis suis, resulant, ad ubiorem hujus materiæ illustrationem considerabimus.

PROPOSITIO VII.

Fides eatenus, quatenus in assen-tiente agnitione, in supplicatione, ap-prehensione & acquiescente fiducia *activa* est, seu actu ipso se exserit, & simul etiam *passive* se habet, justificat.

OBSERVATIONES.

1. Actionis hujus, quæ fidei tribuitur justificanti, quatenus ju-stificat, sanum, evangelicum, ideoque etiam salvum, esse sensum, liquet ex eo, quod fides *activa* nihil sit aliud, quam fides *ipso actu* secundum proprietates suas essentiales sese exserens.

2. Atque ita alia est fidei actio *organica*, alia *effectiva*. *Organica* locum habet in justificatione, & de ea hic sermo est: *effectiva* autem in renovatione. *Effectiva* dicitur ab effectibus, quos, cum antea non adessent, respectu singu-lorum christianæ præxeos officiorum ex se producit: *orga-nica* vero a suo illo negotio, quo circa objectum, non dé-

muna producendum, sed jam oblatum & præsens, & modo instrumentalis applicandum, versatur.

3. Et hæc ipsa fides organicae activa omnino recte quidem vocatur *der thätige Glaube*; ambiguitatis tamen vi-

tandæ caussa vocari potest *der geschäftige Glaube*; quamquam *negotium fidei*, des *Glaubens Geschäfte* non minus recte vocatur illud sanctificationis, quam hoc justificatio-

nis.

4. Huic vero indoli fidei *aetiva* nequaquam adversatur natura ejus *passiva*, sed hæc isti concinne subordinatur. Et enim quemadmodum fides in supplicatione & apprehensione *aetiva* est; sic in receptione & acquiescente fiducia omniō etiam est *passiva*. Intimo ipsa *apprehensio acceptio*, seu *receptionis & admissio*, notionem comprehendit; quemadmodum videmus in manu hominis supplicis, quæ expeditum donum ita apprehendit, ut illud recipiat, & nisi haberet facultatem recipiendi *passivam*, facultatem apprehendendi activam frustra exsereret.

5. Quia cum ita sint, recte quidem proprietas hæc fidei *passiva*, verbis *recipiendi & acquiescendi* in sacris litteris notata, peculiari propositione inter proprietates fidei, quatenus justificat, referretur; sed quia per se jam ad partem fidei tertiam & quartam pertinet, nolo propositionum numero sine necessitate multiplicato, etiam notionum numerum augere.

6. Ceterum quia nullus fidei actus specialis, ad actum justificationis generatim sic dictum pertinens, exseritur sine difficultate, fidei actus istos molienti a variis obstaculis, præcipue ab *artista* & peccato dominium suum propugnanti objecta; manifestum est, fidem non justificare, nisi quatenus ad completam sui constitutionem emergat, & in actibus istis, multa certamina habentibus, vidrix existat. I-

stius

DISSERTATIO SEPTIMA.

13

stius vero completa constitutionis & ipsius justificationis actus *punctum* quasi *mathematicum* determinari nequit, & ne ab illo quidem, qui hujus rei experientiam habet. Unde sufficit hic loqui generatim cum Apol. A. C. p. 121. *Dominus, hominem justificari, cum conscientia territa prædicatione penitentiae erigitur, & credit se habere Deum placatum propter Christum.*

PROPOSITIO VIII.

Fides eatenus, quatenus per caritatem efficax est, seu spirituales bonorum operum fructus fert, non demum justificat, sed jam tum justificatum declarat & magis magisque sanctificat.

OBSERVATIONES.

1. *Caritas* non est pars, sed fructus fidei: atque ita nec justificationis actum ingreditur, sed ad justificati statum pertinet.

2. Fides justificans versatur circa *beneficia accipienda*; *caritas* autem, seu fides per caritatem sanctificans, circa *officia Deo pro beneficiis reddenda*. Atque ita uti *fides justificans* tota est *evangelica*, sic *fides sanctificans* & ipsa *caritas* ad legem pertinet, ad legis prescriptum officia dirigenς omnia, ita tamen, ut e principio evangelico agat; quandoquidem lex agendi vires non subministrat, sed requirit.

3. Interea tamen recte dicitur: *non nisi illa ipsa fides, que per caritatem efficax est, justificat*. Manifestum enim

B 3

est,

est, hujus propositionis hunc esse sensum: fides, quæ per caritatem efficax est, non est diversa ab illa, quæ justificat, sed est fides eadem, adeo, ut si fides deprehendatur sine caritate, hic caritatis defectus evidenti sit documento, illam non esse veram, atque ita nec justificare, seu justificasse.

PROPOSITIO IX.

Fides, quatenus justificat, proprie quidem & directe versatur circa officium Christi sacerdotale, ejus satisfactiōnem & meritum respiciens; sed illa ipsa tamen fides, seu homo poenitens ea prædictus, Christum assentiente cognitione simul agnoscit pro prophetā ac rege suo, ejus disciplinæ ac regimini se penitus dedens ac permittens.

OBSERVATIONES.

§. I. Etiam veritatis, qua hæc thesis radiat, tanta est evidētia, ut supervacua videatur ejus demonstratio. Cum vero hic doctrinæ de justificatione esse soleat abusus, ut *sacerdotio* Christi, seu sacerdotali expiationis beneficio, ut fingitur, apprehenso, prophetici & regii munieris applicatio plane negligatur; abusui isti hæc propositio opposita est, ut imperiti inde eo clarius intelligent, ista perversa ratione nec sacerdotii Christi applicationem locum habere. Tantum

tum enim abest, ut a negotio fidei justificantis sejuncta esse possit officii propheticci applicatio, ut *ipsa* potius *fides justificans* habenda sit pro fructu officii non solum *sacerdotalis*, sed *propheticci* etiam & *regii*. Nam quemadmodum eam Spiritus Sancti operationem, qua is fidem justificantem accedit, jam tum merito Christi *ιλασικό*, in quo sacerdotii ejus anima quasi est, debemus: sic non minus jam pravia quædam munera *propheticci* & *regii* applicatio est in *ipsa regeneratione & fidei accensione*. Quid enim assentiens Christi agnitione, tanquam fidei pars, est aliud, quam fructus officii propheticci, illuminationis gratiam, a Spiritu Sancto conferendam, offerentis? Et cum *diaboli imperium* sit in *peccato*, præcipue in *ἀπίστᾳ*, hæc autem una cum isto generatim per regenerationem, seu fidei collationem, ita dematur, ut hac collata Christus *regnum* in homine occupet; equis dubitaret, fidei justificantis accensionem esse fructum officii Christi *regii* & summam cum eo analogiam habere? Atque ita tantum abest, ut officii Christi propheticci & regii applicatio ab applicatione beneficij sacerdotalis esse possit sejuncta, ut istius utriusque beneficia, quoad modo dicta initia, ordine naturæ sacerdotalis munera applicacionem præcedant. Quid? quod quemadmodum Christus ipse dividi nequit, ita nec unitus munera applicatio esse possit sine applicatione reliquorum.

§. II. Operæ omnino duco esse pretium, ut hanc ipsam veritatem ex abundanti illustrem insigni loco celebratissimi SEBASTIANI SCHMIDII, qui legitur in ejus Dissertatione de fide viva & mortua, thes. II. his conceptus verbis: *Quando autem Deum salvaturum dicimus, non tantum ipsam actualiem collationem vitæ æternæ, que post hanc vi-*

ta

nam contingit, intendimus, sed totum salutis opus post justificationem, scilicet renovationem nostram, ductum Spiritus Sancti in sanctitate vita, liberationem a peccato etiam inhabitante, donec tandem ad plenam glorie perfectionem perveniamus: Unde patet, quod fides in negotio justificationis non respiciat tantum remissionem peccatorum & imputationem justitiae Christi, in quibus justificatio formaliter consistit, sed simul petat, istas sibi dari & conferri, eum in finem, ut Deus nobiscum reconciliatus nos magis magisque ad sanctam vitam renoveret, peccatum expurget, & tandem salvos faciat. Atque hic habemus formam quasi intrinsecam fidei justificantis ex objecto & fine ejus descendam, quando nimisrum Deum, imputata Christi justitia absolventer justificantemque apprehendit, ut renovaturum sanctificaturumque magis magisque, & tandem perfectionem glorie daturum, & hec quidem in certo ordine facturum. Quicunque namque fide Deum appprehendit, tanquam imputata Christi justitia ita absolventer a peccatis justificantemque, ut se in peccatis commorantem & quolibet facientem salvatorus tamen sit; ille sane fidem justificantem non habet, sed isthac fides illius plane mortua est, aut se quid mortua pejus est. Illa vera fides, quae Deum appprehendit, ut renovaturum, sanctificaturum, in sancta vita ducturum, in bonis operibus redeturum, tandemque glorificaturum: illa, inquam, fides demum est vera fides justificans, & formam fidei justificantis intrinsecam habet, non extrinsecam. Patet autem hinc, quod eadem fides sit primum principium, & prima radix omnium bonorum operum. Hujus namque fidei non tantum soboles est caritas, quam Deus reconciliatus in renovatione cum aliis virtutibus in justificatis creat, sed & per caritatem sic operatur, ut caritatem ad agendum bona opera excitet, moneat, urgeat, tanquam

quam sanctitatis in vita operibus cupidissimam. Et certe fieri non potest, ut hec fides non producat bona opera, adeo ut, ubique non sunt opera bona, hanc fidem oporteat non adesse, aut expirasse, & necessaria sit consequentia ab absentia bonorum operum ad absentiam huius fidei. Huc refer egregium illud effatum in *Apolog.* A.C. p. 117. *Fides vult a Deo justificari, sanctificari & gubernari,* h. e. fides quidem, quantum justificat, respicit Christum ut sacerdotem, sacrificium eius *in aeternum* pro objecto specialissimo habens: at Christum tamen totum apprehendit, salutem ab eo ita accipiens, ut simul expetat ab eo sanctificationem & gubernationem, atque ita etiam officium Christi propheticum ac regium sibi applicet.

PROPOSITIO X.

Ceterum universum justificationis negotium maxime est practicum, quod adeo sub propriam uniuscujusque experientiam cadit, ut sine hac ne cognosci quidem & dijudicari rete possit.

DEMONSTRATIO.

§. I. Justificatio est quidem actus Dei judicialis, qui ex parte Dei in ejus fit foro extra hominem constituto: sed ideo tamen non est res mere theoretica, uti multi inexperi-
ti somniant. Nam foro isti jungendum est forum, *foro Dei forum conscientiae*, adeo ut homo poenitens tribunal Dei, ipsi totus *ἀποδίκεται*, Rom. III, 19. haud exigua cum lu-

C

cta

cta adeat, atque ita si quid aliud, certe hoc ad vivum experiatur, quo modo conscientia se habeat ante, intra & post actum justificationis. Et hanc ipsam hujus doctrinæ experientiam comprobant omnia ac singula, quæ hactenus per hujus & antecedentis dissertationis propositiones perpetua serie deducta sunt. Idem confirmant exempla hominum omnium, tam piorum, quam impiorum. Quemadmodum enim pii, qui vere justificati sunt, hæc omnia secundum scripturam in ordine propria sua experientia sic se habere confitebuntur; sic illi, de quorum impietate e multis documentis constat, & qui ideo nec justificati sunt, ideo, quod nullam fidei & justificationis veram experientiam habent, et si multa, quæ in se vera sunt, de justificationis negotio dicere possunt, tamen, re ad vivum excusa, de ea judicant, uti *cœci de coloribus*, & pro suismet ipsorum erroribus errores etiam recte sentientibus tribuunt, mætælogia sua multis modis prodita. Quod tristis experientia satis superque nos docet.

S. II. Non inconsultum erit, præmissæ propositionis veritatem locis aliquot publicæ confessionis symbolicis illustrare. Aug. Conf. p. 17. Tota hæc doctrina (de justificatione) ad CERTAMEN perieratæ conscientie referenda est, NEC SINE ILLO CERTAMINE INTELLIGI POTEST. Tota hæc res (de merito hominis) confida est ab hominibus otiosis, qui non norunt, quomodo contingat remissio peccatorum, & quomodo in iudicio Dei, & interioribus conscientie, fiducia operum nobis exequiatur. Ibid. Pavidae conscientie, quæ operantur cum dubitatione, nunquam possunt experiri, quid sit fides, & quam sit efficax. Item pag. 66. Facile est otiosis fingere ista somnia de dilectione, quod reus peccari mortali posse Deum diligere supra omnia, quia non sentiunt, quid

DISSERTATIO SEPTIMA.

19

quid sit ira, aut judicium Dei. At IN AGONE CONSCIENTIA ET IN ACIE EXPERITUR conscientia vanitatem illarum speculationum philosophicarum. conf. p. 68. Item p. 134. Hec fides, de qua loquimur, existit in paenitentia. Et inter bona opera, & inter tentationes & pericula confirmari & crescere debet, ut subinde certius apud nos statuamus, quod Deus propter Christum respiciat nos, ignoscat nobis, exaudiat nos. Hec NB. NON DISCUNTUR SINE MAGNIS ET MULTIS CERTAMINIBUS. Quoties recurrit conscientia, quoties sollicitat ad desperationem, cum ostendit, aut vetera peccata, aut nova, aut immunditatem naturae? Hoc Chirographum non deletur sine magno agone, ut testatur experientia, quam difficilis res sit fides. pag. 179. Quia in hac dubitatione perpetuo versantur, nunquam experiuntur, quid sit fides.

§. III. Huic vero sententiæ symbolicæ suffragari orthodoxos omnes, non est dubium. Audiamus nunc B. MART. CHEMNITIUM Loc. de Justificat. p. m. 267. Sexto loco additur hæc commonefatio: *Veram sententiam de fide justificante OMNIA RECTISSIME IN VERIS EXERCITIIS POENITENTIAE POSSE INTELLIGI*, sicut & veterum meditationes ostendunt. Diversitas enim opinionum inde potissimum oritur, quod EXTRA LUCTAM TENTATIONIS otiose & securæ disputationes adjunctis philosophicis suffragiis rationis humanae mentes perturbant. EXERCITIUM autem ILLUD, ILLUSTRANS DOCTRINAM DE JUSTIFICATIONE PLUS QVAM OMNIA COMMENTARIA, duabus potissimum modis instituitur, vel ut conscientia sstat se coram tribunalii Dei, sicut de vocabulo justificationis dictum est, vel sub cruce & temptatione, in petitione & expectatione tum spiritualium, tum corporalium.

C 2

§. IV.

§. IV. Nec minus egregius est locus ille B. HULSEMANNI Libro de Auxiliis gratiae p. 23. *Actus iustificationis, qui fit in judicio Dei de homine, FIT ETIAM IN HOMINE APPREHENSIVE ET SENSITIVE, ut in illo temporis punto, quo Deus hominem iustificat, homo SENTIAT se iustificari ac restitui in gratiam apud Deum.*

§. V. Ceterum qui plura de fidei justificantis, quæ & quatenus iustificat, in dolo legere cupit, prater ea, quæ B. SPENERUS passim, præcipue Part. II. voldet Glaubens-Gerechtigkeit habet, & quæ ipse in diversis scriptis, nimirum in Anibarb. Part. II. Sect. I. Mittelstraße Part. III. Sect. I. membr. II. & in Apologetischer Erläuterung der neuern Historie p. 257. seqq. traxi, quam utilissime hic conferet venerandorum collegarum meorum scripta, nimirum D. PAULI ANTONII Dissertat. de harmonia fidei, quæ & quatenus iustificat, & eiusdem tractatum Germanicum insignem, haud ita pridem denovo editum, Sendschreiben/die Materie vom wahren Thätigen Glauben betreffend; & Prof. AUG. HERM. FRANCKII concionem vom geschäfte des Glaubens bey der Rechtfertigung; quam ob præstantiam suam in voluminis mei a via media inscripti Partem III. p. 182. sq. translatam legas. Utilissimum quoque ecclesiæ operam præstitit ecclesiastes Querfurtensis meritissimus, JO. CHRISTOPHORUS SCHEFFERUS, quando hanc ipsam doctrinam curate & solide tractavit, & primum quidem dogmatice in scripto, Abbildung des wahren lebendigen Glaubens / Lipsiensium & Jenensium Theologorum censura & approbatione nar' ἀνθετον munito: deinde, quia ne sic quidem armata veritas pro temporum nostrorum calamitate sine antilogia mansit, in Disquisitione apologetica. B. HOEPFNERI

NERI vero Dissertatio ob præstantiam & raritatem suam meretur, ut Sectione II. hic tota adponatur, ab iis, quæ hactenus de fide tradita sunt, non nisi aliquo παρεντας θρόπω diſcrepans.

SECTIO POSTERIOR

CONTINENS

DISSERTATIONEM

B. HENRICI HOEPFNERI,
THEOLOGI LIPSIENSIVM MERITISSIMI,

DE

ACTIBUS ESSENTIALIBUS FIDEI JUSTIFICANTIS, QVATENUS JUSTIFICAT.

Σύνοψις.

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------------|
| Exordium & propositio tracta- | Secundus actus est apprehensio |
| tionis. §. I. | meriti Christi §. VIII. |
| Fidei objectum, obedientia Chri- | que duplex, theoretica §. IX. |
| sti. §. II. | & practica, pluribus descripta. |
| Ejus actus essentiales quatuor. | §. X. XI. XII. XIII. |
| §. III. | Tertius est apprehensi Christi |
| Primus actus est desiderium, | appropriatio §. XIV. que |
| quod describitur. §. IV. | describitur per unionem |
| et Canticorum & Bern- | cum Christo §. XV. non ra- |
| hardo declaratur. §. V. | men personalem §. XVI. |
| et a falso impiorum desiderio | Vera autem unitio declaratur |
| distinguuntur. §. VI. | per imaginem Iudicis §. |
| in credentibus vero genuinum | XVII. pluribus delineatæ §. |
| est, et si obscurum & infir- | XVIII. |
| mum. §. VII. | Quartus actus est fiducia §. XIX. |

DODECADIS POSTERIORIS

quæ ex Bernhardo illustratur
§. XX.

Neditur objectio de caritate, e-
osdem fere actus comple-
tante: ubi de amore concu-
piscientiae §. XXI. & compla-
centiae. §. XXII.

Eadem solvuntur distinctione ca-
ritatis §. XXIII.

Et exponitur, quibus modis ser-
vetur verbum Dei. §. XXIV.

Et quod obedientia Christi con-
sideretar ut bonum morale
& salutiferum §. XXV.

Refellitur exceptio ab Augusti-
ni & scholasticorum au-
toritate perita §. XXVI.

Et ostenditur, hanc doctrinam
de fidei iustificantis natura
quadrisfariam considerata
esse fundatissimam §. XXVII.

Explicatioque loco 2 Thess. I, 3.
de opere fidei §. XXVIII.

Res ipsa post allegatum Augu-

stin locum illustratur ex U-
lenbergio & Anselmo. §.
XXIX.

Nec non e Joanne de Gerson §.
XXX. XXXI.

Cujus precatio ad Christum &
Joannem ac Mariam dire-
cta emendatur ad sensum
evangelicum §. XXXII.
XXXIII.

Et processu autem judiciali Dei
pater, Deum in iustificatio-
ne non agere per incuriam,
errorem, aut iniuriam §.
XXXIV. sed actionem e-
jus esse maxime seriam. §.
XXXV.

Et ἐπονοματικοῦ secundarium cir-
ca objecta cetera semper
supponit primarium. §.
XXXVI.

Et usus atque exercitii est am-
plissimi circa promissiones o-
mnium §. XXXVII.

§. II.

Vivistis jam omnipotenti Deo, fidele ministeri-
um in propagatione incorruptæ doctrinæ Evan-
gelii, tum voce tum calamo afferenda: nec
non confensem in religione orthodoxa: adver-
sus etiam haereses quasvis debitam circumspectionem,
in

DISSERTATIO SEPTIMA.

23

in tractandis Theologicis controversiis & casibus conscientiæ; denique studium de Facultate nostra Theologica & tota hac Academia bene merendi. Fauxit Dominus Jesus & vos induit virtute ex alto, ut, quod jurejurando asseruistis ac promisistis, semper ob oculos habeatis, & tanquam ab ipso Apostolo illud ad Timotheum inaudiatis, *i. Tim. VI, 20.*
O Timothee, depositum custodi, devitans profanas κενοφωνίας vocum novitates, seu profanas de rebus inanibus declamationes καὶ ἀνιστότες φευδανύμων γνώσεων, i. e. tales doctrinam, que vera scientia Theologica contraria est. Ceterum, antequam Doctores SS. Theologiae renunciemini, consuetudo hactenus observata postulat, ut de argumento quadam Theologico aliquid verborum a me fiat. Visum autem fuit opera pretium fore, si breviter ediffererem, quinam sint fideli justificantis, quatenus justificat, proprii & essentiales actus. Permagno enim resert, tum ad solatia conscientiarum, tum ad orthodoxia custodiam, haec recte tenere, & populo Dei proponere.

¶ II. Atque ut a descriptione fidei justificantis ortum ducat oratio, natura ejus, quatenus justificat, tota dependet ab objecto Evangelico, quod est obedientia Christi, pro nobis legi divinae praefixa, prout nobis est in justitiam, coram Deo valentem, imputabilis. Dum vero obedientiam Christi non minamus, non tantum intelligimus passionem ejus acerbissimam, quam sustinuit pro nobis, factus patri obediens ad mortem, ad mortem autem crucis *Phil. II.* ut pro peccatis nostris justitia divina satisfaceret, qualem obedientia Christi partem ambabus quoque manibus concedunt Pontifici: verum etiam asserimus, comprehendendi activam, ut vocant, obedientiam, qua lex Dei est a Christo impleta, prout illa postu-

postulet a nobis perfectam justitiam inharentem, tum habitualem, tum actualem.

S. III. Huic autem augustissimo fidei objecto nihil dedit, quando scriptura sacra fidem justificantem etiam circa reliquias justificationis effectrices causas occupatam esse significat. Nam si credamus in gratiam Dei, per verba & sacramenta afferentem meritum Christi, & fide illud apprehensum imputantem; si confidamus de salute per Christum acquista, inque verbo & sacramentis oblata, quod serio illum Deus velit nobis conferre, semper hoc justificationis circulo obedientia Christi, veluti centrum, continetur, quae creditibus per fidem est imputabilis ad justitiam. Taliter ergo descripta fidei & circa Christi obedientiam occupata ACTUS ESSENTIALES sunt QVATUOR: 1) DESIDERIUM, 2) APPREHENSIO OBEDIENTIAE CHRISTI, 3) APPROPRIATIO seu ADHAESIO ET UNIO cum re illa desiderata & apprehensa; & denique 4) FIDUCIA.

S. IV. Ac DESIDERIUM quidem in genere est optatio, qua tanquam de sideribus aliquid petimus, quam definitionem nominalem tradit Scaliger Exercit. 317. S. 3. eique mox subiungit realem, quod desiderium sit inclinatio voluntatis ad habenda bona, quibus caremus, aut excutienda mala, quibus premur. Hanc definitionem si praesenti negotio adplicemus, desiderium fidei dicimus esse, quo piament expetit, ut gratia Dei sibi applicetur meritum Christi. Vel est inclinatio voluntatis ad habendam justitiam, accusationi legis coram judicio Dei opponendam, & ad accipendam remissionem peccatorum. Ardorem hujus desiderii exprimit Habacuc c. II. v. 3. Si moram fecerit (promissio) inbia illi, quia veniens veniet ac non tardabit. In Hebreo est

לֹא־תַּחֲזִק

חַפְּחָה-לוֹ inhia cupide, a radice חַפְּחָה inhiavit, appetit a-
liquid vehementer, eique respondere verbum græcum ἐπι-
χαίνειν, id est, inhiare, scite conjicit Avenarius: quæ meta-
phorica verbi significatio deducitur ex nominibus cognati-
onem cum hoc verbo habentibus, qualia sunt χάρη i. e. pal-
atum, quo inhiamus ad capiendum cibum, hiatus oris, fau-
ces apertæ, & χάρη i. e. hamus piscarius, seu uncus, ex quo
piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces, quorum
ei inhiantium palato infigitur. *Pulcherrima* est itaque me-
taphora, qua desiderium animæ fidelis describitur, sicut &
salvator eadem imagine utitur Matth. V, 6. cum beatos præ-
dicat, qui esuriunt & sitiunt justitiam. *Sicut enim famelici
& sitiundi aperto ore & palato avide inhiant ad escam &
potum, ita quoque se habet desiderium credentium ad Christi
iustitiam, que veluti est manna cœlestis, qua sola saturatur
æsopis animarum, & veluti manalis aqua petræ, in deserto
scaturientis, aut ex asina maxilla prorumpens, aut ex fon-
te Bethlehemitico hausta. Manus vero, quibus Deus por-
rigit hunc cibum, & canales, per quos derivat in nos sca-
tebram aquæ vivæ, sunt verbum & sacramenta, ut ex pleni-
tudine CHRISTI omnes accipiamus gratiam pro gratia. Hu-
iusmodi siti flagrabat Ignatius, cum jam leonibus objici-
endus esset, qui prodiens in amphitheatrum, cum turbam
spectatorum salutasset, veni, inquit, ut bestiis objiciar, non
ob aliquod flagitium, sed ut Christo meo me uniam, quem
insatiabiliter sitio.*

§. V. Alia insuper similitudine Spiritus Sanctus decla-
rat hoc desiderium, cum ait; contritos corde querere DE-
UM, sicut Canticor. III, 3. Sponsa CHRISTI inquit: Surgam
& circumibo civitatem per vicos & plateas, queram, quem

D

diligit

diligit anima mea. Unde Bernhardus in hymno suo:

Desidero te millies,
Mi Jesu, quando venies?
Me latum quando facies?
Me de te quando saties?
Jesu, Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totas desiderabilis.
O Jesu, mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te querunt piæ lacrymæ,
Te clamor mèntis intimæ.

s. VI. Sed inquietat aliquis, paulo altius hunc primum actum expendens: Quomodo potest desiderium esse actus fidei salvifica, cum illud etiam cadat in homines impios, qui certe salutem desiderant? omnes namque summum bonum appetere, etiam Philosophus libr. I. Ethnic. Nic. c. 1. testatur. Ipse Paulus de Judæis perhibet Rom. XI, 7. *Ista est non esse affectum justitiam, quam quererebat.* Verum enim vero desiderium salutis longe aliud est in piis atque in impioribus reperitur. Nam i] impiorum desiderant salvari; vel ita, ut tamen liberum sibi esse velint commeatum ad peccandum, vel ignorant causam salvificam, CHRISTUM, sicut multi gentilium; vel cognitam quidem habent obedientiam CHRISTI pro nobis legi divinae praestitam, sed ad eandem non inharentur, ut eam sibi applicent, verum eam fastidunt, & in justitia inherente, quam sibi imaginantur, salutem querunt. Sicut olim Pharisæi faciebant, & nunc Papistæ contendunt, vel denique non credant, ad se pertinere meritum Christi, ideoque

DISSERTATIO SEPTIMA.

72

que desperant in peccatis suis. At qui vere desiderant salutem spiritualem & aeternam, illi non alibi nisi in vulneribus Jesu Christi, *ceu causa salvifica, querunt per ea media, quibus eam Deus offerit & confert.* Nimirum vere desiderare applicationem meriti Christi nemo potest, nisi anxie doleat peccata, & ab iis cupiat liberari. Nam juxta Scaligeri definitionem supra cognitam, desiderium inclinat voluntatem, non duntaxat ad habendum bonum, *sed etiam ad excutiendum malum.* Ergo & qui desiderat justitiam Christi sibi imputari, apprehendit ejus innocentiam, & a reatu optat liberari. Qui vero cupit liber esse a peccato, ille novis peccatis contra conscientiam non indulget, quia nulla est communio Christi per fidem apprehensi cum Belial. Neque enim cor, per legem contritum, ludit Epicureis cogitationibus, aut oblectat se concupiscentiis ad peccandum, sed cupidissime circumspicit, an & quomodo impunis esse possit, atque absolvit in judicio Dei.

§. VII. Sed porro *infare* quis posset: Desiderium hoc in multis fidelibus esse obscurum atque infirmum in lucta contra carnis desideria, non autem evidens ac forte. Cui reponimus, quod evidentia illa & obscuritas desiderii non pertineat ad essentiam fidei, sed tantum sit consequens illius. Tamdiu autem fidele est desiderium, quam diu non aberrat ab objecto ad salutem accipiendo desiderabili, quod unicum est Christi meritum, sed ad illud inhiat, ut consequatur illud, cupitque sibi donari illa beneficia, quae in promissione Evangelii proponuntur. Tale vero desiderium astuat intus in corde hominis *gemitibus inenarrabilibus*, exeritque se per invocationem; sicut videmus in *publicano*, qui pudefactus coram facie Dei nollebat attollere oculos

D 2

suos,

suos, uniceque admitti cupiens ad placamentum seu propitiatorium, a Deo peccatoribus omnibus propositum, ex intimis cordis visceribus clamat: *Deus propitus es tu mihi peccatori Luc. XVIII.* Lucta vero carnis cum desiderio Spiritus, quamdui non predominatur, tantum abest, ut sit indicium absentiae fidei, ut potius sit certissimum signum praesentis gratia Dei, quamdui homo contritus non consentit illiciis carnis. Ita vidimus primum actum fidei justificantris.

§. VIII. Sequitur alter, qui est *apprehensio meriti Christi*. Non enim satis est desiderare justitiam, quam quis cognovit sibi esse imputabilem, & applicari posse, sed etiam oportet excitari cor ad rem desideratam, eamque contactu spiritali attingere, & verbo ac sacramentis, ceu munifica Dei manu oblatam, apprehendere. Ideo *apologia A. C.* duos istos actus recte conjungit cum notitia rerum credendarum & assensu illis praebito, cum haec verba subjicit: *Ne quis jam sufficietur, fidem esse notitiam historie, addemus amplius: Est velle & accipere oblatam promissionem, remissionem peccatorum ac justificationem.* Nec sufficit ad fidem justificantem credere, i.e. assentiri sibi remitti peccata & propter Christum se in gratiam recipi, hoc item velle; sed oportet hanc quoque accipere. Et hinc melius intelligi potest usitata similitudo, qua fides comparatur manui mendicæ, elemosynam accipientis.

§. IX. Caterum duplex est *apprehensio: Theoretica & Practica*. Illa in intellectu apprehenditur meritum Christi, quando homo assentitur promissioni gratiae, ac pro vera illam habet. Neque hic specialis applicatio facit discriumen, nisi in subjecto apprehensionis diversitas queratur. Nam & in

& in intellectu datur specialis applicatio , cum quis pro indubitate habet , Christum non tantum pro omnibus, sed etiam pro se in individuo esse mortuum. Possunt adeo & impii syllogismum singularem facere , qui tamen non desiderant , ut sibi propter meritum conferatur salus: multo minus illud serio affectu cordis apprehendunt , ceu sibi imputabile in justitiam : sic enim potest impiorum quivis concludere : pro omnibus hominibus mortuus est Christus : Ego sum homo &c. E. pro me quoque Christus est mortuus. Sed enim haec assensiva tantum in intellectu facta seu theoretica est apprehensio.

§. X. Prædicta vero, quæ fidei justificanti propria est, apprehensio , est motus cordis, seu voluntatis , quo conscientia, iræ divine sensu ob reatum suum territa, obedientiam Christi , legi divine, pro genere humano presbitam, in verbo & sacramentis oblatam, & hominibus pro justitia imputabilem cupide accipit & tenet, ceu summe sibi necessariam, ut in judicio Dei , cui sibi debet, stare possit: in fontibus Græcis N. T. verbum λαβεῖν ejusque composita ἀπολαβεῖν, καταλαβεῖν, ἵπιλαβεῖν & παραλαβεῖν hunc fidei justificantis actum exprimunt, quorum tria posteriora construuntur cum Genitivo ad modum verborum desiderii, regentium Genitivum: eo quod talis acceptio meriti Christi & apprehensio cum singulari appetitu & desiderio participandi fiat.

§. XI. Huc pertinent loca Scripturæ, Job. I, 5. Tenebrae (i. e. homines in tenebris & umbra mortis sedentes, Esra IX, 2. Matth. IV, 6. Luc. I, 39.) εἰ κατέλαβεν, non comprehendenderunt, & v. 11. οἱ ἴδιοι αὐτὸν εὶ παρέλαβεν, sui i. e. Judai non receperunt, propter incredulitatem. Quotquot autem ἥλαθοι acceperunt eum, dedit eis ἵξεσθαι, jus ac dignitatem

tem filios Dei esse, his, qui credunt in nomen ipsius. Et quidem haec verba usurpantur de omnibus causis ceteris, justificationis actum ingredientibus, tum de gratia DEI, Rom. V, 17. λαμβάνοντες abundantiam gratiæ, tum de causa meritoria justificationis, Rom. V, 11. ἐλαύσουσι accepimus reconciliationem scil. acquisitam, & v. 15. tum de CHRISTI merito, ut imputatur nobis ad justitiam, accepimus donum justitiae per gratiam, tum de promissione gratie, Joh. XVII, 8. Verba tua dedi eis, & ipsi ἐλαύσονται acceperunt, agnoverunt & crediderunt, Gal. II, 14. ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem, tum denique de fine justificationis, ut a Deo nobis offeratur Gal. IV, 5. οὐα ἀπολάθουσι ut accipiamus adoptionem. Et 1. Tim. VI, 13. ἐπιλαβὼν δωῆς αἰωνίας apprehende vitam æternam, scil. veluti brabeum, & v. 19. jubet divites thesaurizare sive fundamentum ponere, οὐα ἐπιλαβώνται δωῆς αἰωνίας.

§. XII. Deinde habetur & in fontibus Græcis verbum δέχεσθαι, quod significat accipere, sicut semini, in bonam terram cadenti, similes sunt, qui cum gaudio δέχονται excipiunt sermonem Luc. X, 10. & auditores per concionem Petrinam conversi Actor. II, 41. dicuntur αἰσθένοντες απόδεξαντες libenter accepisse sermonem Petri, sicut & Actor. VIII, 14. de Samaria exstat, ὅτι δέδεκται, quod repperit sermonem Dei. Similiter Jacobus naturam fidei declarat Cap. I, 21. cum præcipit, δέξαθε τὸν ἴμφυτον λόγον, excipere nativum illum sermonem. Unde concio de gratuita remissione peccatorum Paulo dicitur λόγῳ πάσῃς αποδοχῆς ἀξιος 1. Tim. I, 15. sermo dignus, qui omnibus modis recipiatur.

§. XIII. Tertium verbum, quo hic actus fidei in N. T. exprimitur, est τυγχάνειν, i. e. adipisci, patiri, quia non in

DISSERTATIO SEPTIMA.

31

in vanum sit hæc apprehensio, sed hujusmodi est, ut res apprehensa habeatur, juxta illud: *Tenete, quod habetis Apocal. II, 25.* Hinc verbi hujus notionem explicat Bernhardus in prius allegato hymno:

Jam quod quæsivi, video,
Quod concupivi, teneo,
Amore Jesu langueo,
Et totus corde ardeo.

Loca vero, quibus verbum τυγχάνειν ita usurpatur, sunt Rom. XI, 7. quod que^{re}bat Israel non est affectus, electio autem ἐπίτυχος, est affectua, i. e. electi ad salutem spiritualem sunt affectui justitiam, quam quærebant. Et Hebr. XI, 33. de Patribus V. T. ait Apostolus, ἐπίτυχον ἐπιτραπέλιαν, adepti sunt promissiones i. e. bona, quæ ad applicationem acquirendæ a Christo justitia divinitus promissa erant.

§. XIV. Sed pergendum est ad tertium fidei justificantis actum, qui est apprehensi CHRISTI APPROPRIATIO, eiique destinata tenax adhesio & unitio. Appropriationem illam denotant pronomina applicativa & possessiva; quibus obedientia CHRISTI, pro nobis legi divinae praestita, eum ob finem apprehenditur a credentibus, ut sibi imputetur ad justitiam, coram Deo valentem. Ideo Lutherus docet, hec pronomina esse voces fidei, & magnam vim in hoc consistere, ut aliquis bene applicet talia; quia magna semper emphasis & epítasis in insit, & illum contra Legem esse optimum disputatorem, qui cum Paulo pronomina hujusmodi opportune adhibere ac dicere querat, Christus dilexit me & tradidit se ipsum pro me, Tom. IV. Jen. Latin. super Cap. I. Galat. pag. 11. & pag. 49. vel juxta alteram editionem pag. 58. §9. & Tom. VII. Jen. super Cap. II. Gal. p. 110. & 288. Ita Ecclesiæ

Ecclesia *Jes. XLI*, 24. canit: *in Domino meæ justitiae & Jer. XXIII, 6. Iehova justitia nostra.* Eadem & Thomas profetatur, quando CHRISTUM compellat *Job. XXI. Domine mi & Deus mi.*

§. XV. De unitione vero credentis cum Christo, ut est justitia nostra, loquuntur dicta sequentia *Phil. III, 9. ut inveniar in Christo, non habens justitiam meam, quæ ex lege est, sed eam, quæ ex fide Christi est, quæ ex Deo est, justitia in fide 2 Cor. V, 21. Eum, qui non novit (notitia practica) peccatum, fecit* (i. e. reputavit, *Rom. II, 25.*) *pro nobis peccatum* (i. e. injusticiam i. e. injustissimum & nequissimum peccatorem, non quidem in propriis, sed alienis peccatis, ipsi imputatis, quibus in se suscepitis onussum filium suum DEUS pater habuit dignum, qui tantis cruciatibus expeneretur, ac si ipsum nesciret peccatum; qua de causa CHRISTUS dicitur esse reputatus cum peccatoribus *Jes. LIII, 12. & Marc. XV, 28.* (Nam istum horum verborum sensum antithesis sequentis membra postulat) ut nos fieremus, id est reputaremur, *justitia DEI* i. e. justissimi in ipso, non in nobis inhærens vel habitualis vel actualis, sed in CHRISTO, quæ tamen nostra fit per gratuitam imputationem, sicut ex *Augustini Enchiridio Cap. XLII. Anshelmus in 2 Cor. V. commentator:* DEUS fecit CHRISTUM peccatum, ut nos efficeremur justitia DEI in ipso; ipse factus est peccatum, sicut nos justitia non nostra, sed DEI, nec in nobis, sed in ipso, sicut ipse factus est peccatum non suum, sed nostrum, nec in se, sed in nobis constitutum. Per hanc itaque unionem nostri cum CHRISTO omnia fiunt nostra, quæcunque CHRISTUS in assumta carne ad salutem nostram habuit, fecit, ac passus est, sicut Paulus ait *Gal. II, 20. quod vivo jam*

jam in carne, hoc vivo in Filio Dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me: Vivo autem jam non amplius ego, sed vivit in me CHRISTUS.

§. XVI. Cave autem sis, ne unionem hanc intelligas de copularione nostri cum CHRISTO in unam *essentiam*, aut etiam unam *personam*, quod multorum fanaticorum hodie est delirium. Licet enim *unio* nostri cum CHRISTO sit ardentissima, ut per fidem omne, quicquid meruit nobis, & nos ad salutem necesse habemus, in CHRISTO accipiamus, non tamen CHRISTUS & credentes *unum* constituant ὄφισάμενον, aut unam numero cum ipso essentiam humana, nem divinam, habent. Quemadmodum ergo Jacob Patriarcha, cum nativitate primogenitus non esset, sub habitu fratris Esavi occultatus, ejusque vestibus, quae odo rem optimum spirabant, indutus, se ipsum insinuavit Patri Iliaaco, ut sub aliena persona benedictionem & jus pri mogeniturae obtineret: Ita & nos sub primogeniti fratris nostri JESU CHRISTI pretiosa puritate debemus delitescere, bono ejus odore fragare, ejus perfectione peccata nostra obtegere, atque ita in gratiam Patris cœlestis nos ingere, ut benedictionem spiritualem & cœlestem ab eo consequamur.

§. XVII. Hinc scriptura desumit istam phrasin, qua dicit credentes *induere CHRISTUM*, Gal. III, 27. *quotquot baptizati estis, CHRISTUM induitis*. Sicut enim vestimentum induimus, non tantum extrinseci ornatus gratia, sed etiam ita, ut illud arctissime nobis uniamus & applicemus, ne qua frigoris injuria nos lœdat, & ne appareat nuditas nostra: ita & CHRISTI justitiam induimus, non tantum ut exemplum virtutum, sed etiam & quideam potissimum, ut

E donum;

donum; sicut *Lutherus* identidem in scriptis suis loquitur. Idque in mediis Papatus etiam vidit *Johannes Ferus Minorita*, qui in *Cap. XXII. Matib. I. 3. p. 301. 302.* differens: *Quæ est illa vestis*, inquit, *quam habens a Deo agnoscitur ut filius*, *qua carens reprobatur, etiamq; omnia alia habeat?* Ea nimurum est, de qua Paulus, induimini **JESUM CHRISTUM**. *Hec autem vestis* dupliciter induitur, primo interne per fidem, cum tuis peccatis superinduis Christi iustitiam, tuis demeritis ipsis merita, tuæ inobedientiæ ipsius obedientiam &c. *Deinde cum externe charitatem ejus emularis &c.*

§. XVIII. Nimurum CHRISTUS induitur 1] interne, cum per fidem illum apprehendimus, ei applicamur, adhæremus & appropriamus. Hoc enim pacto a peccato, morte & damnatione, qua Adami vestis est, exuimus, & innocentia, iustitia, sanctitate, gratia, qua CHRISTI vestis est, induimur. In hac veste audemus comparere coram DEO. Agnoscit enim tunicam filii sui Josephi, i. e. iustificam & merita CHRISTI, quæ gratissima illi sunt. O vere splendida vestis, cui nihil non bonorum adhæret! Quid enim habet, qui CHRISTUM non habet? Prater hunc internum amictum etiam requiritur, ut 2] externe CHRISTUM induamus, i. e. sanctitatem & obedientiam imitemur, non, quod eandem omnino præstare valeamus, sed ut illam velut *πτωγαμον* exemplum vitæ & regulæ Christiana habeamus, & vestigia ejus premamus, ambulantes in via Domini 1. *Pet. II. 21.* De priori CHRISTI inductione Paulus exclamat *Rom. VIII, 1.* Nulla igitur est condemnatio his, qui sunt in CHRISTO JESU.

§. XIX. Reliquis adhuc est quartus actus fidei iustificantis, nempe fiducia, quæ est cordis fidelis suavis & accepta

DISSERTATIO SEPTIMA.

35

pta quies, in obedientia Christi desiderata, apprehensa & sibi appropriata. Quia de causa fides Hebr. XI, 1. dicitur ὁποστοσις τῶν ἐλπιζομένων. Fides namque comparatur modo manui, quæ est ὄργανον ἀντιληπτικον, instrumentum ad apprehensionem aptum natum; modo pedi, qui animali est ὄργανον tum βαδισικὸν, instrumentum ad ambulandum, uti Galenus 3. de usu partium docet, tum etiam βάσεως ή ἑδρας, i. e. fundamenti vel basis usum præbens, sicut docet Aristoteles Libr. 2. de partibus animalium Cap. XVI. ut sustentetur ac subsistat moles corporis. Jam sicut pes sustinet corpus, ut illud quiescat, ita et fiducia facit cor hominis ad Christum venientis subsistere & quiescere circa res divinitus promissas & sperandas. Quemadmodum autem pes non potest subsistere firmiter ac fulcire corpus, si pavimentum vel fundatum est lubricum aut fluidum, & non firmum ac stabile; ita fides etiam non potest quietem præbere animæ hominis, eamque tutam collocare, si nitatur & solidari velit operibus vel suis, vel alienis. Cum vero subsistit in illo firmo fundamento, quod est CHRISTUS, tunc demum fides est cogitatio suffulta, seu firmata, quod DEUS servatrus sit pacem speranti, Ies. XXVI, 3. Tunc autem non vacillat, Genes. XLV, 26. estque veluti baculus senectutis, quo transimus Jordanem in terram benedictam. Non μετεπίζεται, i. e. non hoc illic agitur per dissidentiam Luc. XIII, 29. Non commovetur Psalm. CII, 8. & CXXIV, 1. non subtrahit se Hebr. X, 10. sed firmatur ac stabilitur in suo fundamento, quod est CHRISTUS, qui metaphorice κατ' ἔχοντα dicitur perra, quod in ipso solo cuncti fideles sint πεπεριεύετος, i. e. existentiam suam durabilem habeant, & conseruentur & confirmentur in fide.

E 2

§.XX.

§. XX. Qua de re pulcherrime differit Bernhard, Serm.
 6. in Cantic. col. 605. Quid non boni in petra? in petra exaltatus, in
petra securus, in petra firmiter sto: ubi tuta firmaque securitas,
nisi in vulneribus Salvatoris? tanto illic securius habito, quan-
to ille potentior ad salvandum. Fremit mundus, premit cor-
pus, diabolus insidiatur; non cado: fundatus enim sum super
Petram firmam. Peccavi peccatum grande; turbatur con-
scientia, sed non perturbabitur, quia vulnerum Domini re-
cordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras.
Quid tam ad mortem, quod non CHRISTI morte salvetur?
Ego fidenter, quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceri-
bus Domini, quia misericordia afflunt. Nec desunt forা-
mina, per quae effluent. Foderunt manus & pedes ejus, la-
tusque lancea foraverunt, & per has rimas licet mihi suge-
re mel de petra oleumque de saxo durissimo. Meum proinde
meritum miseratio Domini. Non plane sum meriti inops,
Quod si misericordiae Domini multæ, mulius nihil minus ego
in meritis sum. Quid enim si multorum mibi conscientis deli-
ctorum? nempe ubi abundavit delictum, superabundavit &
gratia, & si misericordiae Domini ab æterno & usque in æter-num,

in eternum cantabo.

Num quid justitias meas? Domine memorabor justitiae tuæ
 solius. Ipsa enim est & mea. Nempe mihi factus es tu ju-
 stitia a DEO; numquid verendum, ne non una ambobus sus-
 ficiat? Non est pallium breve, quod, secundum prophetam,
 non possit operire duos: justitia tua justitia in æternum; &
 te pariter & me operiet longa & æterna justitia. Et in me
 quidem operit multitudinem peccatorum, in te autem Domi-
 ne, quid nisi pietatis thesauros, divitias bonitatis? Hactenus
 Bernhardus.

§. XXI.

DISSERTATIO SEPTIMA.

37

§. XXI. Sed hic grave se dubium offert de *charitate nostra erga DEUM*, quæ eosdem plane actus in se complectitur. Nam datur amor *concupiscentie*, quo ex indigenitia bonorum, a Deo ex abundantia bonitatis conferendam desideramus justitiam, salutemque spiritualem & æternam exemplo Pauli *2 Cor. V, 4.* suspiramus gravati, ut absorbeat mortalitas a vita. Deinde caritas etiam apprehendit obiectum idem, quod fides. Ideo Bellarm. libr. i. de *Justificat.*
 16. §. Sed *esse*, apprehensionem charitati competere contendit, probatque hoc auctoritate Augustini libr. 8. conf. ii. Cap. 2. ubi de S. Victorino loquens: *Volebant eum, inquit, omnes rapere in cor suum, & rapiebant amando & gaudente.* Hæ rapientium manus erant. Pergit hinc *Jesuita*, & protinus infert: *si fides justificat, quia iustitiam CHRISTI apprehendit, dum credo, aut confido, me esse iustum per CHRISTUM; ipsa etiam caritas justificat, dum diligo & gaudeo me esse iustum per CHRISTUM.* Ibidem *Jesuita* mox etiam caritati tribuit appropriationem, cum ait: *Et revera si per hujusmodi apprehensionem iustificaremur, id tribui debet maxime caritati, que omnia, quantumvis aliena, facit esse nostra.* *Amantium enim omnia sunt communia.* Et sub finem capitilis illius: *Quod si actum fidei iustificantis ve- lint esse confidentiam, eadem ratione dicemus, melius rem aliquam apprehendi dilectione, quam confidentia, quia magis illa quam ista conjungat & uniat.* Hæc ibidem *Jesuita*.

§. XXII. Denique datur & amor complacentie, quo acquiescimus in summa DEL bonitate. Unde Bellarminus in paulo ante citato capite ait: *Confidere est adhærere firmius apprehensio rei.* Accedit insuper, quod Lombardus Libr. 3. Sect. I. d. 23. lit. d. ex Augystino hoc modo describat fidem:

E 3

Cre-

Credere in DEUM est credendo amare, est in DEUM ire, credendo ei adhærere & ejus membris incorporari. Et in iure Canonicō dīst. 2. de pénit. similis descriptio habetur: In CHRISTUM credit, qui caritatem habet. In CHRISTUM quippe credere, est amando in ipsum tendere. Sic & Lyran. in 1 Job. II, 3. 4. fidem nominat notitiam amativam: cui stipulatur glossa ordinaria super illum locum, cum ait: Cognoscimus DEUM, quando unimur DEO.

¶. XXIII. Sed enim hæc apprens contradic̄tio adhibito foedere distinctionis feliciter conciliatur. I. Ante omnia caritas DEI distinguida est. Nam diligitur a justificatis DEUS, tum ut gratis offerens iustitiam CHRISTI & per fidem imputans illam, tum ut præcipiens & volens aliquid a nobis fieri. In priore significatu sumitur caritas DEI 2 Tim. IV, 8. Posthac reposita est mihi iustitiae corona, quam reddit mihi Dominus in die illa, justus ille Jūdex; non solum autem mibi, sed & omnibus qui diligunt, scil. amore concupiscentia, illūstrem adventum ejus. In posteriori autem significatu caritas DEI sumitur Matib. VI, 24. Nemo potest duobus dominis, diversa præcipientibus, servire; aut enim unum habebit odio, & alterum diligere, aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Ubi diligere, juxta Lutheri expositionem, nihil aliud significat, quam facere, quod is, quem diligimus, mandat, & postulat fieri a mandatario. Et hæc caritas DEI est amor benevolentie, ut Scholastici nominant, i. e. talis affectus, quo nos DEO totos tradimus, & volumus, atque connamur facere voluntatem ejus, & omnia ipsi deferre, quæ pertinent ad gloriam ejus. Utrumque autem significatum complectitur Salvator Job. XIV, 24. cum ait: Qui diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ait

DISSERTATIO SEPTIMA.

39

& ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quotuplex enim est verbura DEI, tot etiam sunt modi servandi illud. Jam verbum DEI aliud est lex, praescribens facienda, sicut ait salvator v. 15. Si diligitis me, mandata mea servate. Et v. 21. qui tenet precepta mea & servat ea, ille est qui diligit me. Et v. 24. qui non diligit me, sermones meos non servat. Aliud vero verbum DEI est Evangelium, quod CHRISTUS attulit a Patre, v. 24. per quod Consolator seu Advocatus Spiritus sanctus est efficax, v. 6. & pax datur discipulis CHRISTY, ut ne turbetur cor eorum, neque formidant, sed gaudeant de CHRISTO v. 18.

§. XXIV. Sunt autem distincti modi mediaque seruandi verbum DEI. Verbum Evangelii servatur per fidem, i.e. justitiae CHRISTI apprehensionem fiducialem: Verbum autem legis per obedientiam, legi a renatis pro modulo hujus vita praestitam. Itaque ipsi CHRISTI amor, qui est concupiscentiae, salvificam CHRISTI obedientiam sibi desiderantis imputari, tum etiam amor complacentie, quo adhaeremus CHRISTO, & in ejus obedientia salvifica toti acquiescimus, tanquam ad salutem sufficientissima: hi, inquam, actus amoris CHRISTI sunt quidem immediatum fideli justificantis effectum, nequaquam tamen justificant, aut sunt ipsa fides, quia non versantur circa CHRISTI justitiam in judicio DEI imputabilem; multo minus amor benevolentie, qui occupatur in studio faciendo, quae sunt accepta coram Domino, actum justificationis ingreditur, quia non nisi mediare fidem justificantem consequitur, ac pertinet ad gratitudinem, quam CHRISTO Salvatori debeimus.

§. XXV. Huic distinctioni amoris succedit alia, qua actus in amore licet cum actibus fidei quadantenus iidem sint,

sint, quatenus & fides & amor apprehendit & appropriat sibi obedientiam *CHRISTI*; tamen discernuntur diverso respectu obedientiae *CHRISTI*. Hac enim consideratur bisariam, vel ut bonum morale, vel tanquam bonum utile, salutiferum & jucundum. Ut obedientia *CHRISTI* est bonum morale, & arctissima legis pro nobis facta impletio, & ad iustitiam, coram *DEO* valentem, est imputabilis, homo credens in *CHRISTUM*, desiderat iustitiam ejus, atque apprehendit, appropriat & in hac unice acquiescit ac silit appetitum, camque stricto iudicio *DEI* opponit, ut propter eam se a peccati reatu absolviri, ac justum pronunciari unice flagitet. Amor autem cupiditate & apprehensione sua fertur in Christi iustitiam, ut est bonum utile beatificum ac jucundum, utpote efficacia meriti *CHRISTI* sibi paratum, ejusque iustitiae fructu, qui est salus, potitur, prius per fidem iustificatus. Nam salus spiritualis aeterna spectatur, tum quoad fidei, tum quoad amoris actus. Fides salutem desiderat & apprehendit, appropriatque sibi & in ea acquiescit, ut per obedientiam *CHRISTI* acquisita est, & ut est premium iustitiae *CHRISTI*, in iudicio *DEI* per fidem imputata. Amor autem *CHRISTI* iisdem actibus, nempe desiderio, apprehensione, adhäsione, nec non delectatione circa salutem spiritualem & aeternam operatur, ut rem desiderabilem ad fruitionem, & apprehensione sua eam accipit & obtinet, de actu illo gaudet, & se oblectat, ceu sufficientissimo & jucundissimo bono, in cuius adceptione acquiescit.

§. XXVI. Ad auctoritatem *Augustini* & *Scholasticorum* quod attrinet, sane illi fidem iustificantem definiunt per charitatem erga *CHRISTUM*: verum ea descriptio pertinet ad fidem, non quatenus iustificat, sed quatenus sese exercet, vel in

DISSERTATIO SEPTIMA.

41

in aliis objectis, vel in eodem quidem objecto v. g. in salute spirituali & eterna occupatur, sed alio atque alio respectu considerata. Fidei enim proprium & solum officium est, agere cum DEO in judicio ejus, & ab eo propter CHRISTI justitiam, firmiter apprehensam, gemitis inenarrabilibus fugitare absolutionem a peccatis, interventu mediationis & aduocationis CHRISTI. Caritas autem nequaquam referri potest ad proprium officium fidei, sed est signum, ex quo fides innoteat, sicut & actus amoris sunt effecta actuun fidei justificantis. Repero & dico expressius: Fides in CHRISTUM non accipit vim & efficaciam justificandi a caritate, seu justificat, non ideo quod homo credens amat CHRISTUM ejusque beneficia, sed quia CHRISTUM, ut est justitia nostra, apprehensum tenet vera fiducia.

§. XXVII. Atque haec est doctrina de fidei justificantis natura, in quatuor his actibus, desiderio, apprehensione practica, adhäsione & quiete voluntatis in CHRISTI pro nobis praestita obedientia consistente; doctrina inquam in sacris litteris, ut vidimus, fundatissima, & insignes suas habens utilitates in praxi Christiana, quæ ut Chemnitius redivisse Tom. II. Loc. Comm. p. 675. censet, plus illustrat fidei articulos, quam omnia Commentaria; quia verus intellectus hujus mysterii discitur non ex spinosis disputationibus, aut otiosis contemplationibus, sed in seriis exercitiis penitentiae ac tentationibus: sicut Anselmus in meditationibus & Bonaventura in Soliloquio, tanquam Scriptis luctam fidei experimentibus, longe aliter loquuntur de articulo justificationis, quam in disputationibus. Quod idem Bernhardi monumenta & contemplationes Idiotæ affatim testatum faciunt.

§. XXVIII. Cæterum exercitium, seu, ut Paulus nominat i Thess. I, 3. ἐργον opus fidei, vel conspicitur in ipsa justifica-

F

fica-



ficatione, vel eandem consequitur. In *justificatione* ipsa palmarium usum præstat, & præcipuam muneric sui functionem exequitur, quando conscientia coram tribunalii *DEI* se sistit, ac sensu peccati atque iræ divinae pressa, solcite circumspicit, quomodo a peccatis absolvit, & in judicio *DEI* consistere possit, ac damnationis periculum evadere. Homo enim per legis sententiam contritus se damnatum esse agnoscit, & compellitur ad quærendam liberationem, in *CHRISTO* promissam, cuius perfeciissimam obedientiam, pro genere humano legi divinae præstitam, suffragante interpellatione *CHRISTI*, supplex DEO Patri offert; sicut modum formandi istam coram *DEI* tribunalii meriti *CHRISTI* exhibitionem eleganter describit *Augustinus* in meditationibus cap. 6. Intuere Pater dulcem natum toto corpore extensem, cerne manus innoxias promanantes sanguine, & remitte placatus sceleras, que perpetrarunt manus mee. Considera inerme latu, crudeli perfoßum cufide, & renova me sacro fonte, quem inde fluxisti credo. Vide Redemptoris supplicium & dimitte redempti delictum. Attende in filio, quo propitieris in servo. Quoties beatæ prolis tibi patent vulnera, delitescant, obsecro, sceleras mee. Magna est mea injuria, satis vero major iustitia Redemptoris. Quanto namque superior est DEUS homine, tanto malitia mea inferior est ejus bonitate, in qualitate & quantitate. Quid enim deliquerit homo, quod non redemerit *DEI* filius factus homo.

§. XXIX Non absumilem formulam DEO Patri præsentandi obedientiam filii sui pro nobis præstitam continent quæstiones, quas Ulenbergius in libro, continente cauſas, cur ad Romanam Ecclesiæ fit redendum, cauſa 14. refert, ac testatur in parochiali sacrario Ecclesiæ Coloniensis haberi librum anno 1475. scriptam, quo semper ab eo tempore, nimirum ab annis lesquicentum & amplius, in visitandis, atque ad mor-

DISSERTATIO SEPTIMA.

43

mortem præparandis ægrotis sint usi presbyteri. Inter illas quæstiones, Anshelmo tribui solitas, postrema est hæc: *Credidisse te non posse salvare, nisi per mortem CHRISTI, & respondet infirmus, Etiam. Cui Presbyter hæc verba inculcat: Age ergo dum supereſt in te anima, in hac sola morte CHRISTI fiduciam tuam constitue, in nulla re fiduciam habere, huic morti te totum committe, hac sola te totum contege, totum immisce te in hac morte; totum in hac morte te involve: Et si Dominus DEUS tuus te voluerit judicare, dic: Domine, mortem Domini nostri JESU CHRISTI objicio inter me & tuum judicium, aliter tecum non contendeo. Et si tibi dixerit: quia peccator es, dic: mortem Domini nostri Iesu Christi pono inter te & peccata mea. Si dixerit tibi, quod meruisti damnationem, dic: Domine, mortem Domini nostri Iesu Christi obtendo inter me & mala merita mea, ipsiusque merita offero pro merito, quod ego debuisssem habere nec habeo. Si dixerit, quod tibi est iratus, dic: Domine, mortem Domini nostri Iesu Christi oppono inter me & iram tuam.*

§. XXX. Inprimis autem Johannes de Gerson, Parisiensis Academiae Cancellarius, cuius mors in annum 19. seculi decimi quarti post natum CHRISTUM incidit, suas meditationes de hoc articulo deducit ex processu judiciali, sicut & ipsum vocabulum justificationis est forense, quo ut & aliis vocibus, in hoc articulo ex foro petitis, maxime deletatus est Paulus. Ipse tenor appellationis a divina justitia ad misericordiam DEI, a Gersone præscriptus, in plerisque satis est orthodoxus, nisi quod ex seductione illius seculi admisceat beatæ virginis & Apostoli Johannis, nec non omnium sanctorum attestationem, & postulet insuper eorum apud DEUM intercessionem; quæ, ut Papilium manifeste redolent, ita merito adversamur. Poteat vero loco sanctorum defunctorum substitui Angelorum attestatio, ut in eorum conspectu figuretur ap-

pellatio. Sic ergo exordium, quod habet modo laudatus auctor, potest emendari: In ipsis, o beati Angeli, quibus gaudium est de peccatore paupertiam agente, presentia, Ego N. omnium filiorum ingratissimus, meritorum pauperrimus, & scelerum, heu! abundantissimus ab omnium peccatorum meorum gravaminibus, firmo correctionis proposito & animo ad emendationem vita melioris fiducia iter appellandi & lacrymarum mearum profluviis a distictissima tua, Domine, justitia ad clemensissimam bonitatis tua misericordiam provocandi, dico, protector, confiteor & propono, videlicet ego peccator improbus, indignus & miserrimus tantilla mea tempora, pueritie metas, adolescentie cursum & profectionem, virilitatis progressum, immo omnes vita mea processus, annos, menses, dies, horas & momenta timore tuo postposito animo irreverenter & infrunto cogitatu, desiderio & conatus malis; voluntate, proposito, & confessu prioribus, nec non opere, consuetudine & contentu pessimi, intolleranter & impie transegerim, legem tuam peccando dereliquerim, iusticias tuas profanaverim, gratiam tuam abjecerim, mandata tua non custodierim.

§. XXXI. De hinc post longum catalogum peccatorum suorum subjicit: Ex prmissis igitur, Domine, si a me faciem averteris, & misericordiam desferis, si iniurias meas observaveris, si in intentu arguendo me, misericordiae antique recordatus non fueris, si in perpetuum mihi irasceris, & misericordiam a me peccatore in eternum absconderis, si iustitia tua solius me judicaturus ascenderis, & oblitus fueris mei finaliter miserrimi; &c. Deus justus Iudex, in his scripturis, lacrymarum mearum atramento conscriptis, a te irato & iusto Judge a sententia tua divinae iustitiae ad te placatum & misericordem Patrem misericordiarum, qui tardam nefcis misericordiam, & cui proprium est, semper misereri ac parcere, quoniam superiore non habes, cum tu sis solus altissimus, & in misericordia tua copiosus: ad tribunal tue clementie, bonitatis & misericordiae, que judicium superexaltat in Ite venie, ego miser ad te misericordem, cuius misericordia non est numerus, provoco & appello. Postea iterum inserit vanas & superfluitas preces ad B. Mariam, aliasque sanctos directas, pro intercessione ad DEUM, quas fortes Papisticas nos merito exterminamus. Sancti enim, licet generalem quandam calamitatem militantis Ecclesie notitiam habeant, tamen, quia distincte

& in

DISSERTATIO SEPTIMA.

45

& in specie nequeunt omnes & singulas nostras necessitates scire, ne quidem compellari possunt, ut pro nobis singulatum orent, & ut intercedant eum Advoeati nostri. Solus CHRISTUS est mediator DEI & hominum i. Tim. II, 1. solus est Advocatus noster, qui causam nostram in iudicio DEI suscipit ac defendit, i Job. I, 9.

§. XXXII. Ad hunc ergo dirigi debebat pro impertranda advocacyone & patrocinio coram DEI tribunalii oratio, quae in Gersonius formula, mutatis mutandis ita potest concipi: Et te, JESU CHRISTE, invoco, ut instantius instantissime, pro me peccatore miserrimo, apud DEUM meum intercedas, ac iterum & iterum cum omni, qua possum, devotionis ad humanitatis instantia a te, cuius misericordia plena est omnis terra, & per te in calis preparata, & in eternum edificata, a te inquam gratiam & veniam, & quia in misericordia dives es, clementiam & misericordiam peto mibi dari, cum ipse DEUS meus sis, cuius miserationes sunt super omnia opera tua, qui, cuius volueris, imo, omnium miseraris, & qui gratiam & misericordiam, in quacunque horum peccator ingomero, mibi dare possis & velis, subficiens corpus & animam, vitam & opem, res statum ac tempora mea, nec non omnes ac singulos, misericordia tua adherentes, seu adhucere volentes protectioni & gracie abundantissime bonitatem & misericordiae tue, Domine DEUS Pater, unigenite JESU CHRISTE, & SPIRITUS, orphanorum pancalete: individuaque Trinitas benedicta. Proferor etiam, quod presentem orationis mee devotionem affectibus tuis sepius publicare, ac mores & vitam auxilio tuo, quanto celerius potero, corrigerem & emendare volo. Rogo etiam te Fili DEI crucifice, ut lateris tui vulneris signo, quo illam in cruce pendens orationem; Pater ignosce illis, quia nesciant, quod faciunt, consignasti, & in qua pro tua reverentia es exauditus, hanc etiam orationculam meam, divina provocatio misericordie clementer consignes & eam misericordie multa facere digneris efficacem.

§. XXXIII. Denique Gerson iterum sollicitat Iohannem Evangelistam ac Apostolum, & Mariam, ut hic presentem appellationem publicare velit, & illa eandem notificare filio suo dignetur, sed hac publicatione & notificatione non est opus. CHRISTUS enim solus est, qui nostras preces ad DEUM advocando defert, quia ut ait Ambrosius libr. de Patriarcha Isaac: Idem CHRISTUS est nolis oculus,

F 3

ver



per quem videmus patrem: est vox, per quam Patrem alloquimur. Hac ergo compellatione Mariae & Johannis omissa, mox ponenda fuisse verba, quae porro subicit: Tu quoque Fili clementissime, eam orationem meam Patri cum oblatione pro me passionis, sanguinis, vulnerum tuorum & mortis offeras, acceptabilesque facias alma Trinitati. Post hanc appellationem apud Gersonem sequitur datio Apostolorum reverentialium. Sic enim incipit CHRISTUS: Quia iustitiam meam, tanquam fragilitati & demeritis tuis intolerabilem, declinans, ad tribunal misericordiae meæ tanquam ad superius iustitiae tribunal subesse venia humiliter appellasti, idcirco, quia in misericordia te redemi, misericordia te salvum feci, misericordiam docui, misericordiam & non mortem volui; misericors sum, miserator longanimes, & multum misericors, immo sum Pater misericordiarum, appellationi tuae misericorditer deferio, & te ad tribunal misericordiae mea clementer admitto, tibiique ut misericordiam consequaris, omnium dierum vite tue terminum peregrinorum ad prosecutionem misericordie, & ipsius affectionem affingo, ac latam contra te sententiam iustitiae meæ propitiis relaxo.

§. XXXIV. Atque hoc usque Gerson ideam processus judicialis coram DEO representavit, ex qua evidenter potest agnosciri, DEUM in iustificatione hominis non judicare per incuriam, quasi nihil curet, si quis committat peccata, aut peccatoribus non indignetur: sive per errorem, quasi causa non satis examinata vel cognita pronunciet, sive per iniquitatem, quasi ad peccata conniveat, & cum impiis colludat, sed per summam iustitiam, quia nos non absolvit, nisi iustitia legis in nobis impleatur Rom. IIX, 4. Ideo primo per legem conterit hominem, ut ille indigentiam & necessitatem remissionis peccatorum agnoscat: & concludit sub peccatum, ut in CHRISTI obedientia querat iustitiam suam, quam fide apprehensam DEUS in iustitiam imputet credenti, absoluto a damnatoria legis sententia. Ita Publicanus primum coram tribunali iustitiae divina accusatur, & convictus, condemnatusque postea fide provocat ad thronum gratiae, seu propitiatorem, a DEO peccatoribus propositum. Phariseus autem, quia non vult uti beneficio appellationis hujus, sed cum DEO in iustitiae divina strictum judicium audet ingredi, illico damnatur & censetur humillimus atq; abjectissimus, utpote mancipium Satanae.

§. XXXV. Non etiam levis ac desultoria, sed maxime seria est affectio, qua Deus filii sui obedientiam, legi pro genere humano praestitam, creden-

DISSERTATIO SEPTIMA.

47

credenti imputat in justitiam, quia lex hac imputatione ipsa non destruitur, sed stabilitur. Accedit, quod tribunal illud gratiae divinæ sit sumum, cuius sententia retractari nequit, quo alludit Paulus cum ait, *Rom. VIII. Quis accusabit, vel criminata intentabit adversus electos DEI, v. 33. DEUS est, qui iustificat i. e. a peccato & intentata adversarii actione absolvit, & iustum pronunciat.* Cum enim *prefator* aliquem declarat iustum, non omnis reo tollitur metus, ne rex vel *supremus magistratus*, si ad illum appelletur, cum condemnnet. Quem vero rex aut *supremus magistratus* absolvit, illi sane non est amplius reliqua metuendi caula, &c. *Cor. IV. inquit Apostolus v. 3. Mibi pro minimo est, ut a vobis, ut ipse ab hominibus judicer, aut ab humano die, imo nec me ipsum judico. v. 4. Nihil enim mibi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus. Qui autem iudicat me, Dominus est.*

§. XXXVI. Atque hoc exercitium fidei in agonibus conscientie est potissimum, quod postea consequitur aliud, quando fides versatur *circa objecta cetera, divinitus missa, & fiduciali promissione tenet illa in cruce & pœna, ac petitione spiritualium & corporalium honorum.* Nam & in iis fidei praedicti actus se exerunt, ut aveamus certi esse de remissione peccatorum, & jure vita æterna. Sic tempore famis desiderat homo fidelis *tā Ciōtina*, i. e. ad viatum necessaria, & promissionem de illo factam apprehendit; illi adhaeret; & in ea acquiescit. Ita vero fidei exercitia *secundaria*, semper præsupponunt *primarium* illud *ęgoy*, seu opus fidei, quo de paulo ante diximus. Calamitates enim & miseriae sunt reales legis conciones de ira DEI adversus peccata; tunc vero, cum differtur exaudito, & auxilium divinum in petitione liberationis, misera conscientia trepidat, nec potest tranquillari, & cruem patienter ferre, ac moram exauditionis sustinere, nisi certa sit, quod DEUM habeat placatum.

§. XXXVII. Fides enim in CHRISTUM ratas facit ac moderatur omnes promissiones reliquas, tum *spirituales*, tum *corporales*, sicut Apostolus testatur *2 Cor. I, 20. Quotquot sunt promissiones in CHRISTO IESU, sunt veri nati dñs*, etiam & Amen ad gloriam DEI per nos, scilicet, qui ipsi tumus reconciliati per & propter CHRISTUM fide apprehensum. Nimis usurpat Apostolus duas particulæ ad magis fundandam certitudinem nostram, quarum *prima* inservit testandæ certitudini objecti, & exaggerationi asseverationis, quod promissiones divinæ sint indubitate verae & ratæ; *altera* vero particula facit ad certitudi-

tudinem subiecti; i. e. hominis credentis fiduciam stabilendam. De hac quæsiq[ue] longum catalogum exemplorum recentet *Epistola ad Hebreos*, ac monstrat perspicue, quando patriarcharum & aliorum sanctorum fides sese ostenderit, & quomodo fidei actus, circa misericordiam DEI, meritum CHRISTI imputantem, sint *principium, medium & finis* patientia in cruce, nec non obedientia atque expectationis bonorum reliquorum omnium, quæ a DEO petere debemus. Sic Abraham ita fidei exercitium fuit fiducialis apprehensio seminis benedicti, ad Gal. III, 6, in quo Abraham futurus erat pater multarum gentium. Et propter hoc semen tanti fecit promissiones de carnali posteritatis sua multiplicatione, deque terra Canaan possessione. Ideo Hebr. XI, 10. dicitur, exoptasse meliorem patriam, in quam traducat non Iosua, sed JESUS. Sed hora nobis vellicat aurem, ut contrahamus vela orationis &c. Gloria Patri, Filio & Spiritui sancto, sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

FA tibi materia, carissime Körbere, quasi sorte quadam inter Anti-Poitrianas obvenit, que una est e præcipuis, immo omnium præstantissima & maxime necessaria. Cum enim iustificatio satisfactioni forensi innixa, & in regenerationis ordine applicanda, sit medulla totius doctrinae christiane, facile intelligi, quanti momenti res sit, nosse, quomodo fides in iustificationis negotio versetur. Hoc vero ipsum eo cognoscere certius ac luculentius, quo major ac fidelior in practico hoc degmate erit ipsa praxis tua. Quare, ornatusime Körbere, id age ut spem meam de te, auditor, ac doméstico meo non indiligenti, concepiam non solum porro alias, sed implreas etiam, immo saperes aliquando, ipso eventu. Implebis vero posthac quam certissime in munere sacro, si in fidei iustificantis experientia versaberis, & tuum conscientiae forum foro Dei demisse junges, & hac ratione, quam suavis sit hæc doctrina, quamque salutaris, ipso usu intelliges. Hac enim ratione hanc ipsam doctrinam cum iugera, multoqua cum fructu aliquando alii insilabis. Vale in Domino, ipsique vive, eidem totus deditus. Hal. Saxon. V. Cal. Aug. M DCC XXI.

73 5225

ULB Halle
002 698 757

3



St

Nb 18

Mt



DISSSERTATIONUM ANTIPORETIANARUM
DODECADIS POSTERIORIS
S E P T I M A,
DE
**FIDE JUSTI-
FICANTE,
QVATENUS JUSTIFI-
CAT,
UBERIORIS AEDIFICATIONIS
GRATIA AD MAJOREM DISSERTATIONIS
SEXTAE ILLUSTRATIONEM CONSCRIPTA:**

QVAM
IN REGIA FRIDERICIANA
die Julii hujus M DCC XXI anni,
PRAESIDE

D. JOACHIMO LANGIO,

S. S. THEOL. PROFESS. ORDIN.
h. t. ACADEM. PRO-RECTORE,

Publicæ disquisitioni subiecti

RESPONDENS

JOANNES GEORGIVS *Möller*
DYRATZENS. MESO-MARCHIC. S. S. THEOL. CULTOR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis JOAN. FRIDERICI KROTTENDORFFII, Acad. Typ.